



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

20. Quis habuit pœnitentiam dicendi singulis sextis Feriis Litanias,  
quæsivit, an teneatur ad preces, & Orationes subsequentes; vel an  
teneatur adire Confessarium, ut se magis explicet? Idem dicendum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

frequentius fateri, aliquam breuem orationem recitare, aliquam elemolynam largiri, pro singulis iuramentis temeraris, aut alia huiusmodi. Sotus de *Iuramentorum abuso*, c. 12, absolute, & indistincte ait non teneri in rigore pœnam aliquam acceptare, si in ea temeraria iuramenta reincident, quamvis id confilium saluberrimum sit. Quia alii peccatis id imponi nequit, nec iure aliquo probatur id speciale esse in hac confuetudine. Ita Sanchez.

2. Secunda opinio affirmat. Ita Suarez de *Religione*, tom. 2, lib. 3, de *Iuram*, cap. 8, num. 7, sic assertus: Deinde si sapientia proponit emendari, & non fecit, adhibenda sunt remedia conuenientia quae ipsa tenebitur acceptare iudicio Confessoris, qualia sunt frequentius confiteri, aliquam elemolynam, vel orationem breuem facere pro singulis iuramentis temeris prolatis, vel similia. Denique si haec non sufficerent, interdum erit utile differre absolutionem per aliquos dies, in quibus cogitat attentius vigilare, & contraria consuetudinem aliquo modo inchoare. Haec Suarez.

3. Tertia opinio firmat Confessarium non debere tales penitentias imponere: sed si penitens acceptet, debere illam adimplere. Ita Martinus de San Joseph in *Moni Confess.* tom. 1, lib. 1, tract. 27, de *Penitentia*, n. 12, vbi sic ait: *No hacen bien los Confesores, que quando sus penitentes tienen costumbre de cometer algun pecado, v.g. de prejurarse, o de poluciones, les imponen penitencias, de que cada vez que bolvieren al pecado, den tanto de limosna, o ayunas, &c. porque el Confesor no es juez, ni Medico de los pecados, que estan por cometer; ni estar a obligado el penitente a cumplir estas penitencias como ponga otros medios para salir de los pecados. Mi parecer, es que no es buen consejo imponer estas penitencias, pudiendose remediar por otra via el penitente; pero despues de impuestas, y acetadas aun a obligacion de cumplirlas. La razon es, que el Confesor es Medico, y como tal puede aplicar remedios con que deje firme la salud, y aun esta obligado en ello.* Ita ille.

4. Sed ut verum fatear absolute mihi placet opinio Suarez affirmativa; posse videlicet Confessarium tales penitentias imponere; & ita nouissime docet Baucius in *Miscellan.* tom. 2, Opus. 1. q. 180. charitas exposcit, vt Confessarius non solum eviter peccata praesentia media absolviat, sed etiam peccata futura medio remedii præseruat; etiamque Confessarius non solum est Iudex, sed etiam est Medicus spiritualis Animarum; & Medicus sicut applicat Medicamenta corporalia infirmo, ac convalescenti, ne incidat in eandem agravitudinem; ita Medicus Spiritualis, qui est Confessarius, debet applicare remedia, ne penitentis in idem peccatum laius a se commissum sine emendatione labatur. Hanc etiam sententiam præter Suarez, & Baucium, tenet etiam doctus Pater Leandrus de Sacram. tom. 1, tr. 5, disp. 9, q. 30, qui ex Fries, & Gerfone Cancellario Parisiensi firmat posse Confessarium aliquando dare penitentiam de non peccando tali, vel tali criminis, per certum tempus futurum, sub poena aliqua, vel pecuniaria, vel corporali efficaciter solvenda, aut sub debito redeundi ad Confessionem, infra biduum, post perpetrationem delicti. Ita ille & ita sapientius obseruat in praxi à piis & doctis Confessariis: non grauabor hic apponere verba Magistri Texeda tom. 2, lib. 3, tr. 2, contr. 5, n. 214, vbi sic ait: Difficilis est an penitentis, qui sapientia proponit emendari, & tamen nunquam emendatus est; tenetur acceptare aliquam pœnam, vel remedium à Confessario impositum, v.g. crebram confessionem, aliquam elemolynam elargiendam pro singulis iuramentis, aut talem orationem recitandam,

&c. & in propriis terminis Sanchius, tom. 1, lib. 3, c. 5, num. 17, affirms, affectum prædicta iurandi confutidine non teneri in rigore pœnam aliquam acceptare, etiam si in eam temerariam iuramenti confutidinem reincidenterit, & reddit rationem, quia in aliis peccatis id imponi nequit, nec iure aliquo probatur id speciale esse in hac confuetudine. Ceterum non video qua ratione is auctor ausus sit id assertare & prædictam doctrinam typis mandare, quia quilibet peccator tenet iure diuino penitentiam agere de suis peccatis, atque adeò eodem iure tenetur afferre impedimentum, quo possit salutiferum remedium, & medicinam conuenientem curare, quibus possit illis obstat, vt ex statu infelicissimo culpe, transeat ad statum felicissimum gratia, & amicitia Dei: sed ista remedia, quæ Confessor indicaverit attenta penitentis confuetudine, & eius inclinatione, & viuendi modo, sunt reuera ad id opus magis apta, & conuenientiora; ergo tenetur illa acceptare. Secundum, quia infirmus tenetur iure naturali vti medicamentis à perito Medico sibi applicatis propter conservandam vitam, præcipue quando extremè indiget; ergo peccator tenetur vti remedii applicatis à Medico salutis, cum sit in extrema necessitate propter acquirendam vitam æternam: Ostendo conuentianum, quia eadem propositus est utriusque ratio, alias ageret contraria charitatem, quia tenetur seipsum diligere, quod est mortale contraria præceptum diuinum: Huc vel Texeda, poterat tamen cum viro doctissimo magis blandè se habere.

5. Et sciat Lector opinionem Sanchez acriter sustinere inclytum Theologum Stephanum Fagundez in *Decal.* tom. 1, præcept. 2, lib. 2, c. 8, n. 21, cuius verba haec sunt: Dubitant aliqui Doctores, an tenetur penitentis in Confessione acceptare aliquam pœnam, vel afflictionem veluti remedium impositum ad tollendam prauam consuetudinem iurandi, aut blasphemandi, qui laborat. Affirmat Suarez, lib. 3, de *Iuramento*, cap. 8, num. 7, nullam tamen rationem profert, nullum fundamentum; illius tamen fundamentum esse potest, quia vnuquisque tenetur ex iure diuino, & naturali procurare remedium, ne amicitiam cum Deo amittat, & conuenienter illud acceptare cum à Medico spirituali offertur. Negant melius Sotus, de *Iuram.* abuso, c. 12, & Sanchez tom. 1, *Decalogi*, lib. 3, cap. 5, num. 17. Primo, quia pro prava confuetudine in aliis peccatis haec pœna imponi nequit, ita vt illius acceptatio obliget sub mortali; nec ratio, quæ afferatur pro Suarez, aliquid coniuncti, quia aliqui sequeruntur teneri eos, qui haec prava consuetudine laborant, simile remedium sub mortali acceptare, non solum à Confessariis, sed etiam ab aliis viris prudentibus impositum aut oblatum; & nouum admitterent peccatum, nisi illius acceptari. Sufficit ergo quod iure diuino teneantur ipsi gratiam cum Deo conferare; non tamen opus est, vt illos obligemus sub mortali ad acceptandum medium, ac remedium à nobis oblatum, vt gratiam Dei conferent. Ita Fagundez. Non debebat igitur Texeda contra Sanchez tam rigide insurgere, cum eius opinio sit probabilis: licet ego, vt dixi, sententia Patris Suarez, & Texeda adhaeram.

## RESOL. XX.

*Si quis habuit penitentiam dicendi singulis sextis Feriali Litaniis, qua si sit an teneatur ad preci & orationes subsequentes, vel an teneatur adire Confessarium, vt se magis explicet?*  
*Idem dicendum est, si quis vobis recitare Litanias, vel si aliud votum fuerit cœmunitatum in recitandis,*

Sup. hoc in  
Resolutioni  
bus annos.  
secunda  
huius Ref.

# De Satisfact. Sacrament. Ref. XXI. &c. 321

verbi gratia, singulis septimanis Litanis. Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 46.

**§. I.** **O**lim interrogatus fui de hoc casu, & refpondi, non fuisse adeundum Confessarium; quia verba accipienda sunt in significacione visitatori, & sub nomine Litaniarum non includuntur Preces, & Orationes subsequentes. Vnde idem dicendum est, si quis votum emisisset recitandi Litanias; vel aliquod votum fuisse comutatum in recitandis, v.g. singulis septimanis Litanis. Nunc vero inuenio, omnia superdicta confirmare Patrem Bordonum in consil. Regul. iun. 2. ref. 4. n. 30. vbi sic ait: [ Nomine Litaniarum, quod est secundum probandum, veniunt non solum invocationes Sanctorum, verum etiam subsequentes liberationes, & rogationes vlique ad Orationem Dominicam, & non ultiores Preces, ut colligatur ex Robrica Breviarii pro diebus Rogationum, qua habet haec verba: Hodie qui non intersim Procesionem Litaniarum, dicant illas priuatim post Matutinum cum suis Precibus, & Orationibus, sine Psalmis Pénitentialibus. Si enim sub nomine hoc Litaniarum comprehendenter subsecuentes Preces, & Orationes, has expeditissim fructu: cum ergo ex illorum expressione conset diversitas; obligatus ad Litanias recitandas non tenetur progredi ad Preces, & Orationes; sed eas abfoluit Oratione Dominicana.] Ita ille.

## RESOL. XXI.

An qui habet pénitentiam à Confessario per annum singulis diebus, v.g. recitare Coronam B. Virginis, vel Litavias, satisficiat, si recitet simul intra paucos dies?

Et an si pénitentia sit, v.g. iniuncta de iejunando diebus Veneris, vel Sabbati vnius mensis, vel anni, si per impotentiam illis diebus non possit iejunare, teneatur alio die iejunare? Et an qui habuit pénitentiam cum circumstantia eam adimplendi flexis genibus coram imagine tali, peccet mortaliter aliter faciendo? Ex part. 10. tract. 1. & Misc. 5. Ref. 12.

**§. I.** **R**esponder Pater Leandrus de Sacr. tom. 1. tr. 5. diff. 9. q. 79. satisfaciere, si dicta in pénitentiā iniuncta recitanda sint pro animabus Purgatorii. Quia gratius erit Deo & expedientius animabus quantum hanc pénitentia finiat. Si vero recitanda sint pro pecatis suis peccatis debitis, adhuc respondeo posse casu, quo finis confessoris iubentis recitare Psalmos, Coronam, &c. non sit vt pénitentis quotidie se in aliquo boce exercet; in quo casu est vera sententia Sancij] sed illi labore talen iniungere quod maior cautele ex recitatione viginti coronarum quadrangularium, vel vnius, qui æqualis, & forte maior labor oritur pénitenti, si haec omnia simul in uno die recitet, ac si per vnum mensem, v.g. quotidie vnicam coronam recitaret, ergo. Ita ille, sed mihi magis placet opinio negativa Sanch. in Summa, tom. 1. l. 4. c. 11. n. 40. quia latifacit, quam imponit Confessarius, est intelligenda secundum Ecclesia præcepta, ergo, &c.

2. Nota etiam hic obiter dictum Patrem Leandrum ubi supra, quaff. 78. docere quod si pénitentia sit iniuncta, verbi gratia de iejunando diebus Veneris, vel Sabbathi vnius mensis, vel anni, si per impotentiam illis diebus non possit iejunare; non teneri alio die iejunare, quia è contra existimo, quod communiter Confessarij recipiant tempus, ac praefigant diem, & forte in memoriam Passionis Christi Domini, & eius Virginis Matri, clapsio illo die, non tenebitur pénitentis, cum sit onus eius, in alio

ieiunare, licet Cardinalis Lugo de pénitentia, disputatio 25. num. 88. putet teneri, quia in hoc casu non respicit Confessarius principaliter diem, vel tempus, & ita qui in aliquo dierum illius temporis non iejunat, tenetur in alio die postea ieiunare. Vtraque opinio est probabilis.

3. Nota hic obiter cum Quintanaduña de Jubileos dnabus hebdomadis, c. 6. n. 111. [aun quando se da la penitencia con estas circunstancias que sea de rodillas de ante de tal imagen no es necesario se hagan debaxo de moral.] Sed de hoc ego alibi,

Alibi infra in  
Ref. 54. & in  
alii §§. eius  
not.

## RESOL. XXII.

An Confessarius, qui culpabiliter non obligauit pénitentem ad restitutionem, peccet, & teneatur ipse restituere: Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. Ref. 1.

**§. I.** **I**daeus Nugnus in addit. ad 3. part. tom. 2. Sup. hoc sup. part. 8. artic. 4. dub. 6. fol. mibi 275, & Zan- præ in tr. 4. nard. in direct. Confess. part. 2. pr. 7. cap. 26. dub. 3. do- ex lara do- cent sententiam affirmantem, sic etiam docet Ga- trina Ref. 1. briel in 4. distinct. 1. 5. que. 1. 2. artic. 3. Sylvester. ver. 7. quaff. 2. præter alios neotericos, quos citat Bonacina ubi infra. Et ratio est, quia tam Parochus, quādam aliis Confessariis (nam gerit vices Parochi) tenetur ex officio docere pénitentem necessaria. Ergo, cūm nō admonet pénitentem restituere, non adimpler id quod debet. Ergo, ait Nugnus, tenetur ipse ad restitutionem, quia non admendendo virtualiter dicit illum non teneri, arte adeo est causa moralis, vt pénitentis non restituat, & consequenter est causa damni alterius tertij, & ideo si non est aliud remedium, ipse tenebitur ad restitutionem, quia verè inutilitatum damnum contua iustitiam, tacendo; quando lo- qui tenebatur.

2. Verūm contraria sententia semper visa est mihi probabilior, & sapientius illam in praxi sequutus sum. Dico igitur non solum Confessarios, sed Praelatos & Parochos, quando ex ignorantia etiam vincibili non obligant pénitentem ad restituendum, ad nullam re-stitutionem teneri; nam officium, quod Confessario ex iustitia incumbit, solum est in ordine ad spiritualia, & negligens in officio, contra religionem peccat potius, quam contra iustitiam. Et ita amplexi sunt hanc sententiam nouissime Martinus Bonac. de rest. disp. 1. q. 2. part. 1. 1. n. 13. & præter DD. quos ipse citas, te- nent etiam hanc opinionem Filliac. in qq. moral. tom. 1. tract. 7. c. 2. n. 374. Malderus in 2. 2. tract. 5. c. 3. dub. 24. Bartholomæus à S. Fausto in speculo Confessar. disp. 4. q. 12. n. 7. & 8. Ægidius de Coninch. de Sacr. disp. 8. dub. 1. 6. num. 14. & Rebellois de oblig. insp. p. 2. lib. 17. q. 2. n. 12. & p. 1. lib. 2. q. 14. scilicet 8. n. 65 Hæc sen-tentia limitanda est, modo Confessarius non dicat pénitenti obligato restituere, vt non restituat, vel faciat restituere cūm non teneatur. Ita Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 2. scilicet 6. Rebellois, & alij.

3. Ad argumentum Nugni patet ex dictis responso. Nam Confessarius non tenetur ex officio temporalibus creditorum bonis prospicere, cūm ab illis mercedem non accipiat, nec eorum gratia officium habeat, sed solum ad procurandum bonum pénitentis. Vnde quamvis ipsi quidem pénitenti teneatur Confessarius ex officio iniungere restitucionem, non tamen ad hoc tenetur obligatione iustitiae, quam ha- bet erga creditem, sed ex obligatione erga pénitentem, qua tenetur saluti spirituali eius consulere; quare si id negligat peccabit quidem, sed non tenebi- tur ad restitucionem.

## RESOL.